



CAPUT. I.

DE RATIONE TRACTANDI  
PER DIALOGOS, QUO ETIAM DRAMA-  
TA PERTINENT.

§. I.

**D**ialogus apud Diogenem Laërtium *Dialogi a Lib. III. in vita Platonis* definitur: *pud Laërtium definitio.* Sermo ex interrogatione & responsione compositus de re aliqua, quæ vel Philosophiam, vel Reipublicæ partes attingat, cum decenti & congrua expressione personarum, quæ assumuntur, accurataque compositione verborum. Cui descriptioni Carolus Sigonius in libro *de Dialogo* ad Joh. Moronum Cardinalem perscripto, primumque Venetiis Anno 1562, & postea Lipsiæ Anno 1596. in 8vo publicato, ad naturam Dialogi exprimendam multa deesse putat, cum in ea *Imitationis* nulla facta sit mentio. Mihi, inquit *p. 29. seq.* in hanc rem diligentius intuenti ea ad Dialogi *Quid in ea Carolus Sigonius desideret?*

A inve-